

VITAM  
B. D. GEORGII SIGISMUNDI  
GREENII,

*EPHORI QVONDAM CHEMNITIENSIS GRAVISSIMI,*

IVBENTE PIETATE  
EXPONIT

ET SIMVL.  
VT

VIRI MAXIME VENERABILES NOBILISSIMQVE,  
D O M I N I

INSPECTORES SCHOLAE  
SPECTATISSIMI

ET OMNES ALII BONARVM ARTIVM FAVTORES,  
QVI VRBEM ORNANT,

ACTVI ORATORIO

D. VI. ID. FEBRVAR.

INSTITVENDO

IN AVDITORIO PRIMO HORA MATVTINA NONA  
AVDITA INTERESSE BENIGNE VELINT,

ENLXISSIME ROGITAT

M. IOANNES GABRIEL BEILIVS,  
CON.RECT. SCHOL. CHEMN.

CHEMNITH, *Literis STOESSELIANIS.*

A. R. S. MDCCXXXI







quantum Schola nostra piis manibus Summe Venerabilis quondam Chemnitienſium Praeſulis, *Domini Doctōris GEORGHII SIGISMUNDI GREENII*, ob curam paternam, patrocinium ampliffimum, tutelam firmiffimam & beneficentiam haud vulgarem debeat, omnes boni, vel me ta-cente, fatiſ ſuperque norunt, dicunt, praedicant, *Aequum* juſtumque itaque eſſe, ut Graviffimi hujus Mularum Patroni Scholaeque Amplificatoris Egregii memoria conſer-vetur oblivionique eripiat, firmiter mihi perſuaſum habeo, unde &, dum Auditores diſcipulis quibuſdam in Arte Oratoria ſuas periclitaturis vires conciliare debeo, lubentiſſime vitam Socieri Ampliffimi curatius delineandi artipio ocaſionem (a). Putarent vero fortaiſſis aliqui haec meam qualemcunque opellam perſpicientes conarumque intelligentes, me, dum ad Actum Oratorum publice inſtituendum humaniter Dominos Scholae Inſpectores alioſque Optimarum Artium Fautores in vivo, in alienam meſſem immittere ſaleem muneris que mihi demandati limites aliquo transgredi modo; mitiorem vero ferent, ſi quid haterior, ſententiam, qui ingraveſcens *Dr. M. Milleri*, Reſtoris ultra quadraginta annos de Schola praecclare meriti, lenium virumque Viri deſideratiſſimi imbecillitatem accuratiore animi ponderant laſcunt. Non etiam inanis jaclantia ii, qui mentem meam perſpectam habent, accuſant me, ſi exci-tare hac ratione diſcipulos cura mea mandatos ſtudeo ſi que ſtimulos & calcaria, quo alacrius feliciusque in eo, quod coeperunt, decurrant ſtadio, addere iſtis annitor. Conſtat enim inter omnes, quantum ejuſmodi dicendi exercitia in Scholis praebent emolumentum, quantum alacritatem, quantum amulationem, conſtat etiam, quan-tam hujuſmodi apta amulatio conferat profectibus utilitatem (b). Abſit, dum Colle-gae optimi, Praeceptoris olim fideliffimi, toties perque tot annos in melibenter ſuſcepi labores dumque eos adhuc in humeros meos devolutos ſuſtitero, abſit, ut quidpiam, quod ad promovendam diſcipulorum facere poeſt eruditionem, propria commodi-tatis, vel cujuſvis alius rei gratia, intermitterem. Accedo igitur, iſis, quae ad inſtituti rationem ſpectant, rite praemiſſis, ad *GREENII*, beatiſſimi Socieri, vitam, quem vrbs haec noſtra merito ſuum appellavit Chryſoſtomum, cujuſ orationis & eloquentiae ſum-mae mirum delectari ſunt omnes, cujuſ eruditionem ſolidiſſimam venerari ſunt docti, cujuſ in rebus dubiis experientiam & explorationem depraeclarant verbi Divini Miniſtri, cujuſ munificentiam laudarunt pauperes, cujuſ beneficia memoravit, memorat, memorabitque Schola, cujuſ aſſabilitatem extulerunt cives, cujuſ ſolarium ponderoſum ſenſerunt agroti & cum morte conſtantes, qui diutius, quam reliqui omnes, qui arduo ſanctiſſimoque huic muneri praefuerunt, Chemnitium docuit (c). Docuit autem urbem prompta alacritate, intemerata puritate & limata ſoliditate ad annum uſque viceſimum nonum, quod Anteceſſorum nulli inde a repurgatis per Lutherum ſacris licuit. Quoniam a puero, quod de Timotheo refert Scripſor Sacer (d), Sacram callebat Scripturam eamque avidius quaſi imbiberat, exercitatiſſimus tandem evaſit Theologus Concionatorque ſtrenuus, ex cujuſ ore non verba, ſed pondera, ſed tonitrua prodibant (e). Lucis vero hujus uſura frui coepit Noſter Novembris die decimo tertio, ſi veterem ſtilum ſpectes, Anno ſupra milleſimum ſex-centeſimo ſeptuageſimo tertio, Jovis quodam die, circa horam matutinam tertiam, Incluta cum ſuſcepit, fovit & aluit urbs, Saxoniae nempe caput, Vitemberga, educa-vit cum Miſnia decus, Dreſda, quanquam non vana patriae ducebatur gloria, probe tenens, quod non patria heroibus, ſed heroēs alique viri clariffimi patriae concilia-verint decus & ornamentum. In id potius omnes intendit nervos, eò ſedulo per omnem vitam eſt anniſus, ut eruditiſſimorum virorum, quos admirata eſt Vitem-berga, laudatiſſima legeret veſtigia eiſque inſiſteret indefinenter. Si praeter haec Patriſ contemplantur vitam & famam, clariffimum quaſi intuebatur eruditionis pro-

(a) Expoſuit vitas Ephororum Chemn. *Dr. M. Milleri*, Programmatibus viginti quinque, quorum lateri, quia circa *GREENIUM* ſubſtitit, merito Noſter jungendus eſt. Breviter etiam deſcripta proſtat vita *B. GREENII* in *Dn. D. Jo. And. Gleichenii* Annal. Eccl. P. II. p. 508. & *Dn. D. Neumannii* Progr. ad Promotion. *GREENII*, vid. quoque das Geſchichtſſ D. G. & *Greens*, von M. Gotthob Friedrich Suden, Diſc. u. Catech. in Paulbau, it. in Actis Hiſtor. Eccl. oder Neuſten Kirchen-Geſch. P. II. p. 242. ſeq. im Geneal. Archivario A. 1735. P. XIV. p. 550. in den Gel. Zeit. No. LXIV. ad an. 1734. p. 561. - 564.

(b) vid. *Quarſi*, Inſtit. Or. L. I. c. 2.

(c) Per quot annos quiſque Anteceſſorum in ſacta hac ſtatione ſteterit, recenſent *Aſt. Hiſt. Eccl.* ad an. 1734. P. II. p. 242. 243.

(d) *Tom. III.* v. 15.

(e) Egregium hunc Scripturam perſciscendi conatum commendat *Buddeus* in *Iſagog. Hiſt. Theol.* ad Theol. univerſ. L. I. Cap. IV. §. 19.



fundæ vitæque sanctioris speculum, nec inique semper Venuſini Poëtæ in mentem ſibi  
 revocavi verba: Fortes creantur fortibus & bonis. (f)  
 Genuit verò eum Vir maxima inter indigenas pariter & exteros auctoritatis & famæ,  
 GEORGIUS GREENIUS, primo Poëſeos, poſtea Hiſtoriarum in alma Vitembergenſium  
 Academia Profeſſor Publicus, quem demum Princeps-Elector Saxonix magnani-  
 mias ille, *Joannes Georgius III.* e ſua ad Aulam evocavit ſtatione, ut ipſi eſſet Dreſdæ,  
 ut ipſi eſſet domi & militix a concionibus, quem Virum magnificum Principis for-  
 tiſſimi clementia ad Supremi Concionatoris Aulici inſigne munus quoque exevit,  
 quem conſtituit Confeſſoriarium, quem denique Senatui adſcripſit Eccleſiaſtico (g).  
 Peperit Noſtrum Mater ex ſplendidiffima clariffimæque orta proſapia, *Vrſula Doro-  
 thea Reinhardia*, Lipſienſis. Ampliffimus hic pateret nobis campus, largiffima  
 nobis enaceretur diſſerendi feſes, ſi ad majores GREENIANOS excurrere & in de-  
 ſcribendis illis operam collocare vellemus. Nomina & officia iſtorum tantum noſſe,  
 ne pagellæ tranſiliamus limites, ſufficiet. Avus ergo Ephori noſtri Vigilantiſſimi ſcri-  
*Michael Greenius*, Præfecturæ Tremsbüttelenſis, quæ paret Duci Gotorpienſi, ſubi-  
 ba Publicus; avia *Margaretha Oſterlandia*. Proavam autem habuit *Nicolaum  
 Greenium*, Mercatorem Ecklenfochræ, urbe quadam Hollatiæ, perquam conſpi-  
 cium. Sed num ſicco plane prætereundi ſunt pede materni GREENII majores?  
 Ohe! ſi unius modo avi facimus mentionem, is fulgentiſſimum *Greeniano* nomini  
 excitabit nitorem. Veneratus vero eſt avum maternum *Eliam Sigismundum Rein-  
 hardum*, Theologum conſummatiſſimum, Sanctioris doctrinæ in Academia Lipſienſi  
 Profeſſorem Publicum, Conſiſtorii, quod ibi eſt, ut & Facultatis Aſſeſſorem. Nationis  
 Saxonice tum Seniore, ad D. Nicolai *Edem* Paſtorem & omnium, quæ in urbe &  
 circumjacente agro ſunt, Sacrorum Antifiſitem, virum de omnibus hiſ aliisque  
 muneribus ampliſſimis, graviffimis, inſigniter meritum (h), qui in conjugio diſſiſſimo  
 vitæ ſociam excolucatus eſt *Elſabetham Schræderiam*, Dreſdenſem. Proavam  
 maternam noſſe ſi cupis, eum *Eliam Reinhardum*, virum & toga & lago gravem fu-  
 iſſe, habeo, qui in proeliis iſtis noſtriſſimis circa Lipſiam & Lüzenam factis, tanquam  
 Superior excubiarius hoſpitiſſimorumque Præfectus laudis palmam multis alijs præripuit  
 & inglorius ex pugna diſceſſit nunquam, cujus viri fortis conjugem lectiſſimam, *Doro-  
 theam Gaerlitiam GREENIUS* proſitetur proavam. Veruntamen quia B. GREENIUS  
 longa majorum excellentiſſimorum recenſitione ſuperſeſſit nunquam, tamen  
 καλὸς παῖρσις ἁ. σπουδὴς ἐργασία, (i) immorari eis diutius nolumus, ſed quoniam  
 veram ex eruditione vera quaſivit nobilitatem, recte dicimus eum Juvenale:

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt, Pontice, longo  
 Sanguine cenſeri pictosque oſtendere vultus  
 Majorum? (k)

Nihil prius vero nihilque antiquius optimi duxerunt Parentes, quam ut ſacro novæ  
 generationis infans renellus ablueretur fonte, quod & ex voto poſtridie natalem in  
 templo Vitembergenſi primario, teſtibus & ſponſoribus D. *Neffio*, Jurum Prof.  
 Publ. *Joachimo Fridrico Schroedera*, Principi Electori Saxonix a Camera Sanctiori,  
 cujus in ſe luſceperat partes D. *Guilielmus Leyſerus*, & tandem *Elſabethe Reinhardæ*  
 laudatiſſimi vidua, GREENII regenerandi avia, fuit peractum. Statim ſuperata in-  
 fantia, poſtquam paulo adultior factus erat Noſter, recto quaſi tramite properavit  
 ad ea, quibus puerilis impertiri ſolet ætas, qua in re etiam Parentes providi omnem  
 collocabant operam, omne ſiſebant ſtudium. Vorum fecerat optima Noſtri  
 Mater, non ſine præviis ardentiffimis precibus animoque deliberato, ſe, ſi Dei gratia  
 adjurice maſculum enixa foret feliciter, eum Deo ad miniſteria ſacra & ad perſenden-  
 da ſtudia ſanctiora eſſe reddituram & conſecraturam (l). Huic itaque voto cum  
 reſponderent præclariffimæ adoleſcentuli dores cumque mira ei ineſſet docilitas, nul-  
 lis parcebant Parentes ſumtibz, nulli Præceptores privati operæ, nulli Diſcipulus  
 labori nullique ſtudio, ut piz marris vota ne eſſent irrita, ut ne abirent incaſſum.  
 Ipſe filius diſcendi perquam cupidus hancece amariffimæ Matris intentionem perci-  
 piens votique materni rationem intelligens omnem omnino movebat lapidem nihilque

(f) Horat. Lib. IV. Carmin. Od. 4.

(g) Vberime deſcriptam vide *Georgii Greenii* vitam in *B. Gleichii* Anna, Eccl. P. II. p. 507. ſeqq. Lex. Et. 1315.

(h) Extat *Reinhardi* vita in Lexic. Erud. P. II. p. 838.

(i) *Plutarch.* de Pueror. Educ. Cap. II.

(k) Satyr. IX.

(l) Vid. de Theol. in utero Deo conſecratis Diſp. *Dn. M. Sam. Theodor. Schmidii*, Lipſiæ habitam Ao. 1707.  
 Vtrum parentes generatim liberos certæ vitæ rationi & ſtatu dicere poſſint, vid. in *Maf.* Del. Bibl. V. T.  
 P. XIII. p. 1374. ſeqq.



omisit inexpertum, ut talis evaderet, qualem futurum Mater præfagiens quasi existimaverat, quod Nostro etiam, quotiescunque de pio hoc cogitavit voto, novos addebatur stimulos, quod ei vehementissimo nunquam non fuit incitamento (m). Privatos Patres Magnificos eosque bonæ notæ & haud vulgaris eruditionis Præceptores, *Dn. M. Schulzium* & *Dn. M. Kermelium*; præfecit filio eisque auctor erat & svalor, ut ante omnia Scripturam Sacram sedulo inculcarent puero bonasque artes fideliter ipsi propinarent. Compositum voti se etiam brevi, quæ Dei erat gratia, contempsit optimus Pater filiumque spei conceptæ respondentem Præceptorumque expectationem superantem vidit ex voto. Nondum enim duodecimum vivendo expleverat annum, ubi præter innumerum dictorum sacrorum numerum totum Davidis Psalterium, Salomonis Proverbia, Ecclesiasten & Canticum, Epistolas ad Romanos, Ebræos & Joannis, ut ante hæc præceream pæde, non solum memoria tenuit, sed ad singulorum verborum amussim recitare intrepide potuit. Fructum hujus diligentia, fructum acquisitæ Oraculorum Divinorum notitia, per totam vitam, in exsequendis præcipue muneribus sacris, largo semper lucro experiri licuit ipsi, unde &, quoties verba ex suggestu facienda erant, gratias & Parentibus & Præceptoribus habuit decentes. Quantos quimque laudabiles in Lingua Hebraica, Græca & Latina, præeunte nominato *Ernelio*, qui illustrem Scholam Grimmensem egregie tot annos docuit, fecerit *GREENIUS* profectus, ei, qui recte noverunt illum, extra adulationis vitium sciunt & sciunt. Quod mirifice literis Græcis & Poësi Latina nunquam non fuerit delectatus, mira ejus rem comprobavit dexteritas, verborum concinnitas leporisque in hac arte suavitas, ut & libri manu scripti de differentia vocum Græcarum. Nonne interpretatus est privato studio vetustissimos Græcorum Scriptores? nonne facillime fornavit carmina Græca? nonne ventosissimos, nonne apertissimos, nonne ornatissimos absque ulla ferme præcedente præmeditatione contexit versus Latinos? Hoc extra omnem dubitationis aleam esse positum, qui Proverbia Salomonæ Genere Elegiaco quique historiam matris septem filiorum inter Maccabæos (n) Genere Heroico exercitii & speciminis loco a *GREENIO* adornatam perpendit, ferebitur animo perquam libenter. Rarioribus hoc, dum intra privatos parietes hæc omnia addidit, annumerari meretur exemplis, quod & *Neumannus*, Poëseos tunc Vitembergæ Prof. P. cui perlustranda hæc erant tradita, affirmabat dignumque *GREENIUM* judicabat, qui inoffensio ad altiora pertractanda studia pæde tenderet. Cum solomonem poëta verissime Academiæ Candidatus admodum juvenis dicere de se poterat: (o)

At mihi jam puero coelestia Sacra placebant

Inque suam furim Musa trahebat opus,

Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos,

Quidquid tentabam scribere, versus erat.

Perfusaerat sibi cum Cicerone, non posse jucunde vivi, nisi cum Musis, nisi cum eruditione vivatur. Abiisset igitur nunc Vitembergam bene præparatus, Deo adjuvante, Deo Deu, Parentibus lætantibus omnibusque bonis acclamantibus, nisi, o flebile dictu! præmatura & inopina in exteris regionibus optimi Patris mors propositum impedivisset animi, neque filii terruisset atque fregisset. Circa sonus vero extincti Parentis subsistendum & ad indicandas discipulorum quorundam Orationes, dum reliqua alii reservamus temporis, est proferendum. Conati autem sunt, utrum sine cortice possint natare Orationesque proprio Marte elaboratas mihi obtulerunt perlustrandas singuli.

I. *Carolus Gottlob Schultzzius, Chemn.* Orat. Lat. exhibebit Oracula circa nativitatem Christi non plane obmutescencia.

II. *Christiannus Ernestus Sonntagius, Chemn.* Orat. Lat. indagabit, utrum amicitia & conanguinitas per bellum civile violetur?

III. *Carolus Fridericus Fritzscheus, Schmiedberg, Saxo,* Orat. Lat. ager de educatione & institutione puerorum apud Græcos.

IV. *Joannes Augustus Schmidius, Schletl, Misp.* Orat. Lat. dicet de Erasmo Schmidio.

V. *Christiannus Fridericus Jungerns, Chemn.* Carminè Lat. Epico deplorabit mortem Caroli VI, Imperatoris Romani.

VI. *Joannes Augustus Kappelinus, Chemn.* Orat. Germ. taxabit duellum ineuntes.

VII. *Gottfriedus Müllerus, Chemn.* Orat. Græca ager de cane caelesti, Diogene nempe Sinopeni a Cercida Megapolita sic dicto, ex Diog. Laërt. Lib. VI.

VIII. *Christiannus Sigismundus Lieberwirth, Krumbhermersdorff, Misp.* Orat. Lat. considerabit hospitalitatem.

Vos vero, o Patroni & Fautores, dicentes honorifica Vestra præsentia exhilarate & diligentiam discipulorum promovete.

(m) Fallus est hoc B. Socer sæpius memorique etiam mente id consignavit, quod fecit maxime, cum prima vice in Aedæ Aulicæ Dresdensi sacra d. 6. Febr. 1687. ad sacram admitteretur coenam, ubi & textum funebrem ex Rom. V. 1. 2. sibi elegit. (n) a Macc. VII. (o) *Ovid.* Trist. L. IV. Eleg. X. 19. 20. 25. 26. (p) *Cic.* L. I. de Fin. Bon. & Mal.



VITAM  
B. D. GEORGII SIGISMUNDI  
GREENII,

EPHORI QVONDAM CHEMNITIENSIS GRAVISSIMI,

IVBENTE PIETATE

EXPONIT

ET SIMVL

VT

VIDI MAXIME VENERABILES NOBILISSIMIQVE,

DOMINI

TORES SCHOLAE

PECTATISSIMI

ES ALII BONARVM ARTIVM FAVTORES,  
QVI VRBEM ORNANT,

I ORATORIO

D. VI. ID. FEBRVAR.

INSTITVENDO

ORIO PRIMO HORA MATVTINA NONA  
AVDITA INTERESSE BENIGNE VELINT,

ENIXISSIME ROGITAT

NNES GABRIEL BEILIVS,

CON.RECT. SCHOL. CHEMN.

CHEMNITII, *Literis STOESSELIANIS.*

A. R. S. MDCCXXXI.

